



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCXVII. Papst Martin IV. beauftrag den Erzbischof zu Cöln und die
Dechanten zweier Stifte daselbst, die gegen die Markgrafen von
Brandenburg Johann, Otto und Konrad und gegen ihre Lande wegen der ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

Auf der Rückseite: Prudentibus viris Consulibus et universis civibus lubicentibus, dilectis nostris fidelibus.

Aus der Elbeckschen Urk.-Sammlung I, Nr. CDXXXIX.

CCXVI. Herzog Buguzlaw von Pommern verpfändet dem Herrn Nicolaus von Werle das Land Stavenhagen, damit dieser ihm mit allen seinen Kräften in dem Kriege wider die Markgrafen Beistand leiste, im Jahre 1282.

In nomine domini amen. Buguzlaus, dei gratia dux Slavorum et kassubie, omnibus ad quos presens scriptum pervenerit, salutem. Que largiuntur consiliis principum, necessarium est, ut robur obtineant et vigorem. Igitur notum esse volumus presentibus et futuris, quod domino Ny(colao) de Werle, avnculo nostro karissimo, et suis heredibus terram nostram Stouenhagen, ut nobis totis viribus per totam nostram guerram contra marchiones succurrant, pro quatuor millibus argenti tamquam pro salario obligamus; ita scilicet, quod, quando predictam perfoluerimus pecuniam, nos et nostri heredes eandem terram nostram possideamus postea sicut prius. Preterea recognoscimus, quod, si noster avnculus dilectus vel sui heredes aliquibus Guerris preoccupati fuerint, eandem terram pro sua necessitate poterunt obligare; nichilominus tamen istius pecunie portio non debet aliquatenus auementari. Sic itaque omnes vasalli nostri in terra Stouenhagen residentes domino Nycolao de Werle, avnculo nostro predilecto, et post suis heredibus homagium facient et se suis inperiis subiugabunt. In hujus rei testimonium presentem literam nostri sigilli munimine dignum duximus communiri. Huius rei testes sunt dominus Fridericus Vos, dominus Nycolaus Draco, dominus Gobeles Marscalcus, dominus Fridericus de Hindenborch, Otto Draco et alii quam plures, quorum nomina in presenti litera non sunt scripta. Acta sunt hec anno Incarnationis ihesu christi M^oCC^o octuagesimo secundo, per manus Hincrici, notarii curie domini Nycolai de Werle.

Nach dem Abdrucke in den Balt. Stud. II, 125. 126.

CCXVII. Pabst Martin IV. beauftragt den Erzbischof zu Cöln und die Dechanten zweier Stifte daselbst, die gegen die Markgrafen von Brandenburg Johann, Otto und Konrad und gegen ihre Lande wegen der Befehdung des Bischofes von Halberstadt ausgesprochene Bann- und Interdict-Sentenz zur Beobachtung zu bringen, am 4. Januar 1282.

Martinus episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri Archiepiscopo Coloniensi et Dilectis filiis sancte marie ad Gradus et sancti Gereonis, Coloniensium ecclesiarum decanis, Salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis venerabilis frater noster Halberstadenfis Episcopus petitione monstravit, quod nobiles viri Johannes, Otto et

Conradus Marchiones de Brandenburg debite fidelitatis, qua eidem Episcopo et ecclesie halberstadenfi, quorum vasalli existunt, tenentur, obliti, eandem ecclesiam, tam per se, quam per Falkonem militem aduocatam ac alios officiales et homines suos hostiliter impugnare, ac ipsam et eundem Episcopum Equis, bubus, aliisque animalibus et bouis suis spoliare nequiter presumpserunt, Alias dicto Episcopo et eidem Ecclesie per incendia et rapinas dampna grauius irrogando, quibusdam hominibus ecclesie predictae de corpore captis et carcerati custodie mancipatis et aliquibus ex ipsis miserabiliter interfectis, in non modicum Episcopi et ecclesie predictorum preiudicium et grauamen. Et licet dictus Episcopus Nobilis et Falkonem predictos moneri fecerit diligenter, ut Equos, boues, animalia et bona predicta Episcopo et ecclesie predictis restituerent ac de dampnis et iniuriis huiusmodi eidem taliter irrogatis satisfacere procurarent, quia tamen ipsi hoc facere contumaciter non curarunt, in eos, cum haec essent ita notoria, quod nulla poterant tergiuersatione celari, auctoritate ordinaria excommunicationis et tandem dictorum Nobilium contumacia excrecente in terram ipsorum in halberstadenfi dioecesi consistentem, interdicti sententias exigente iusticia promulgauit, quas dictus Episcopus apostolico petiit munimine roborari. Quocirca discretionis uestrae per apostolica scripta mandamus, quatinus sententias ipsas sicut rationabiliter sunt prolatae, faciatis auctoritate uestra usque ad satisfactionem condignam appellatione remota inuiolabiliter obseruari. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, tu, frater Archiepiscope, cum eorum altero ea nichilominus exequaris. Datum apud urbem ueterem II. Non. Januarii, Pontificatus nostri anno primo.

Aus der im K. Geh. Kabinet's-Archive befindlichen dipl. Sammlung.

CCXVIII. Der Römische König Rudolph fordert die Stadt Lübeck auf, den zur Beilegung der zwischen ihr und den Markgrafen von Brandenburg, welche auf den Besitz ihrer Stadt verzichtet hatten, noch obschwebenden Streitigkeiten auf Pfingsten anberaumten Termin durch Gesandte zu beschicken, am 11. März 1283.

Rudolfus, dei gratia Romanorum Rex, semper augustus, Prudentibus uiris . . . Magistris ciuium, consulibus et uniuersis ciuibus lubicenfibus, dilectis suis fidelibus, gratiam suam et omne bonum. Pacem et tranquillitatem uestram omnimodam ex animo diligentes, Illustribus cunrado et o(ttoni) fratribus, Marchionibus de brandenburch, super resignatione officii, quod ipsis de ciuitate uestra commissimus, nec non super eo, quod induciauerunt discordiam, que inter uos et ipsos vertitur, usque ad festum pentecostes proxime nunc futurum, grates retulimus multiformes. Verum cum circa idem festum simus ad inferiores terminos Reni, vel ad partes uobis magis conterminas processuri, ubi iudem Marchiones suos nuncios, sicut ipsis mandauimus, ad nostram transmittent presenciam: fidelitatem uestram attente rogamus, quatenus ibidem uestros nuncios similiter ad nostram celsitudinem transmittatis et predictas inducias obseruetis; et nos efficaciter laborare curabimus,